

cerdotum. & senioribus populi. Qui autem tra-  
didit eum. dedit illis signum dicens. Quem  
cumq; osculatus fuero. ipse est. tenete eum.  
Et confestim accedens ad iñm. dixit. Ave rabbi.  
Et osculatus est eum. Dixitq; illi iñc. Amice.  
ad quod uenisti. Tunc accesserunt & manus  
iniecero in iñm. & tenuerunt eum. Et ecce  
unus ex his qui erant cum iñu. extendens ma-  
num. exemit gladium suum. & percutiens ser-  
uum principis sacerdotum. amputauit auri-  
culam eius. Tunc ait illi iñc. Conuerte  
gladium tuum. In locum suum. Omnes enim  
qui acceperint gladium. gladio peribunt.  
An putas quia non possum rogare patrem me-  
um. & exhibebit mihi modo. plusquam duo  
decim legiones angelorum. Quomodo ergo  
implebuntur scripturae. quia sic oportet fi-  
eri. In illa hora. dixit iñc turbis. Tamquam  
ad latronem existis cum gladiis & fusibus. com-  
prehendere me. Cotidie apud uos sedebam  
docens in templo. & non me tenuistis.  
Hoc autem totum factum est. ut implerent